

et les terrains, avec leurs jardins immenses, furent vendus pour 20.000 francs.

De l'abbaye de Riéval, qui envoya les premiers prémontrés en Hongrie, il ne reste plus qu'un amas de pierres.

Dr. Basil GRASSL.



MANUSCRIPTA CAROLI LUDOVICI HUGO

Manuscripta Caroli Ludovici Hugo, celeberrimi historiographi ordinis Praemonstratensis et auctoris « Annalium Ord. Praem. », antea conservata erant in bibliotheca seminarii in Nancy. Nunc illa manuscripta servantur in bibliotheca municipali urbis Nancy.

Haec manuscripta, quae maximi sunt valoris et summi momenti pro historia Ordinis Praemonstratensis, sunt inter alia :

1. Collectio capitulorum generalium et provincialium collecta et conscripta a Car. Lud. Hugo.
2. Mémoires pour le P. Simon Raguet conscripta a Hugo.
3. Historia monasteriorum Praemonstratensium in Hispania, collecta et conscripta ab abbate Noriega et a Hugo.
4. Series episcoporum qui ex Ordine Praemonstratensi prodierunt, scripta a Hugo.
5. Notice des personnages pouvant figurer dans un nécrologe de l'Ordre de Prémontré, conscripta a Hugo.
6. Histoire de l'abbaye d'Etival, conscripta a Blanpain.
7. Recueil de notes relatives à la plupart des monastères cités dans les Monumenta Manuscripta Ord. Praem., conscripta a Hugo.
8. Recueil de documents relatifs à l'Ordre de Prémontré, conscripta a Petro Thienville.
9. Correspondance relative à l'impression et à la souscription des Annales Ord. Praem., conscripta a Hugo.
10. Annales Ord. Praem. usque ad annum 1134, conscripta a Blanpain.
11. Notes pour servir à l'histoire de l'Ordre de Prémontré, 1120-1719, conscripta a Hugo.
12. Recueil de pièces concernant l'Ordre de Prémontré, conscripta a Hugo.

Conservantur ibidem quoque elaborata originalia missa ex singulis abbatibus pro Annalibus.

Dr. Basil GRASSL.